



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 7. An licet occidere accusatorem, & falsos testes, qui vitam injuste
oppugnant?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

*alias fatuè saceret exponendo se morti corporis,
Et animæ; cùm fibi per mortem præludatur via
pœnitentie. ait S. Antonin. p. 2. tit. I. cap. 3.*

*Sed an tenetur ad restitutionem, qui in defensione
vitæ alterum occidit, vel mutilavit?*

Resp. Non tenetur, si id fecit cum debitâ moderatione; quia nullam intulit injuriam. Sed qui justæ defensionis modum excedit occidendo, cùm potuisset aliter vitam tueri, v.g. fugiendo, cùm id posset saltem sine gravi ignominia, vel armis spoliando, aut saltem non lethaliter vulnerando, tenetur omnia damna compensare; quia illa occisio fuit injusta, utpote non necessaria ad vitæ defensionem: nam privatus nullum habet jus, nisi ut vitam tueatur per medium ad hoc necessarium; & quisque jus habet, ut non occidatur ab alio auctoritate privata, nisi ob necessariam vitæ defensionem. Ergo talis est causa injusta mortis, & damnorum inde secutorum. *Ita Azor, Sanchez, Et alii, est que communior sent.*

*Q. 7. An licet occidere accusatorem, Et fal-
sos testes, qui vitam injustè oppugnant?*

Resp. Neg. Quia 1. qui falsum testimonium dicit in judicio, non censetur aggressor vitæ, sed committit injustitiam, quæ ex se puniri potest, & aliâ viâ repellit: nam non propria auctoritate, sed per judicem, & servato ordine juris

oris,
r via
3.
fisone
ebitâ
riam,
toc-
, v.g.
gravi
altem
mnia
inju-
nsio.
isi ut
cessa-
datur
ariam
inju-
rum.
unior

fal-
nium
vitæ,
ripo-
au-
erdine
juris

juris procedit. 2. Hoc debuit jure naturali in omni casu prohiberi: nam si hoc liceret, aperebatur via multis cœdibus, homicidiis, cum gravi detrimento Reip. homines enim sibi facile persuaderent se injustè accusari, & nullam aliam defensionis viam esse, præter mortem Accusatoris. 2. Alex. VII. damnavit hanc propos. *Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam judicem à quo iniqua certò imminet sententia, si aliud viâ non potest innocentis daninum evitare.*

Q. 8. *An licet occidere pro defensione pudicitiae eum, qui eam tentat violare?*

Resp. Multi docent id licere, si aliter pudicitia defendi nequeat, hancque esse communem Doctorum sententiam asserit Lessius. Probant, quia præterquam quod in hac re sit periculum consensûs in delectationem, ideoque peccati, imò & depravationis; pudicitia, ac integritas est bonum maximi momenti, superioris ordinis ad bona fortunæ, imò in aestimatione multorum bono vitæ, equiparandum, & aliunde si amittatur, irreparabile. Idem docet Sanctæ Antonin. 2. p. tit. 7. c. 8. *Quia, inquit, illa utitur jure suo naturali, quo licet vim vi repellere, & magis tenetur saluti suæ providere quam alterius; nam exponit se periculo consentendi actui peccati, permittendo se op̄ primi propter difficultatem renitentiæ voluntatis.*

Sed Alii negant. *Quia i. hic casus nec à*